

Q. K. 517, 12.

In  
9421

X 1996258

VVENDELINO VLRCO  
Rembdano

DOCTO ET IN-  
GENVO IVVENI, CVM EI  
Gradus Magisterij in inclyta Agento-  
ratensium Academia decerneretur, à  
Clarissimo Viro, IOANNE LUDOVI-  
CO HAVVENREVTERO, Medicinæ  
& Philosophiæ Doctore, pro tempore  
Decano spectabili. D. M. MELCHIO-  
RE IVNIO RECTORE Magnifi-  
co. Anno salutis reparatæ  
CIC. IC. XIIIIC. v. Cal.  
Aprilis.

GRATVLANTVR AMICL.



ARGENTORATI.

Anno M. D. LXXXVII.

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SAALE)

**V**T decer emeritos hylaris tibi grator honores,  
Et quas jure tuo diues habebis opes.  
Scilicet immensi sunt præmia tanta laboris,  
Postquam militiae per graue pressit onus.  
Quis procul huc quæso te longis misit ab oris?  
Non sacra Tyrigetum numina cultus amas?  
Hic ubi deoliuis simioso gurgite Sala  
Voluitur, & liquidas fluctibus auger aquas:  
Hic ubi Castalijs extructa palatia Musis,  
Principis æternum nomina fronte gerunt,  
Qui licet aduerso superatus Marte retendit  
Cum manibus duro colla subacta iugo:  
Et procul è patria (miserum) de conjugè raptus,  
Dum pia pro Christo fortiter arma tulit.  
Non tamen abstinuit vinclis & carcere liber  
Natalis cernens dulcia rura soli.  
Tum tibi sacratum rediuius Christe trophæum,  
Et statuit Clario splendida tecta Deo.  
Inde per inumeros sua florent pascua riuos,  
Luxuriant veluti vere superba nouo.  
Hospitis ergò sui, referent super astra, canentes  
Certatim cygni nomina sancta ducis.  
Quid? non pertraxit modò quæ caput altius effert,  
Inter honoratas Lypgia docta scholas?  
Ipsa nec immensi memorat sinus yltimus orbis.  
Quam, simul exoriens occiduusque dies?  
Seruat adhuc magni cineres quæ grata PHILIPPI,  
Quò Charites tumulo ferta rosasq; ferunt.  
Quid moror? ecce dies præsentì numine monstrat,  
Spectare Argyropes te voluisse domos.

Hic

Hie vbi Cœruleas excedit vertice nubes  
    Turris, & Andromedæ sydera celsa petit.  
Non Europa parem, non quæ patet Africa tellus,  
    Non alibi similem maximus orbis habet.  
Attamen esq; aliquid celeris quo gloria surgit  
    Maius, ut immensum ferre recusat onus.  
Dotibus Argentina tuis pro numine tanto,  
    Mansuetam cœlo porridge grata manum.  
Namq; tuam fecit Musas regnare per urbem,  
    STVRMIVS illustri sanguine natus eques  
Nunc licet Elysijs spacietur latus in hortis  
    Hic tamen inuita morte superstes erit.  
Tum fuit ejusdem generosi nominis HÆRES  
    Notus in Eois occiduisq; plagiis:  
Protinus vnanimi voto sacer ordo senatus,  
    Tradidit accito regia sceptra scholæ.  
Omnigenæ rediit subito facundia linguae  
    Pulsaq; barbaries mox dedit alta fugam:  
Cumq; nouem Phœbus tum sponte sororibus urbem,  
    Ingressus, firmam collocat ipse domum.  
Tum quos nulla prius flores hic viderat ætas,  
    Fudit odorifero terra benigna sinu.  
Longum viue senex, tua flore nitentior omni  
    Gloria cum roseo sole perennis erit.  
IVNIVS illustri doctrina & laude secundus  
    Sceptra tenet. validi pectoris illud opus.  
Eloquentioq; potens, varijs virtutibus auctus,  
    Illustrat scriptis abdita queq; suis.  
Tullius esset adhuc super o, certare videres,  
    Tanta labris (mirum) copia mellis inest.

A ij

Arguto sequitur spectabilis ore Decanus,  
Cui minor egregius cedit Aristoteles.  
Post alij proceres & longior ordo senatus  
Aonij, properans Musa referre vetat.  
Finiturus eram sed non pia causa volebat:  
Gratia promeruit meq; meosq; sonos.  
Spiritus haud vñquam vitalis O'BRECHTE relinquit  
Te tacitum, donec pectoris ullus erit.  
Hospes ego veni latam peregrinus in urbem,  
Ciuib; ignotus, non tibi visus eram.  
Ecce diserta volat quocunq; per ora virorum  
Scœuola doctorum præses acutus ades:  
Hic modò sacrarum sapiens ænigmata legum  
Explicat, & tenebris admouet arte diem:  
Verbaq; cum fundit, rorati nectaris instar,  
Suauis honorato profluit ore sonus.  
Et modò supplicibus reserant oracula valuae  
Participat cunctos Delius alter ope.  
Vir celebris salue, quo non humanior ullus,  
Non prior officijs ingenioue prior.  
Luce noua, media, te sera nocte canemus  
Aurea cum niueos Cynthia flectit equos.  
Sic tetigi quorum VVendline instructus ab arte  
Moribus &, posthac, euge, MAGISTER eris.

Mauritius Disdorpius Hollatus

## ALIVD.

Vltima lux aderat: sacras properabat ad ædes  
Vulgus, & ad solitas parua iuuentia scholas.

Ecco

**E**cce relinquentes Heliconis culmina montis  
**N**aiades aderant, Pieriusq; chorus.  
Ducebant lætæ choreas per prata Camæna,  
**E**debat suaves turba nouena modos.  
Laudes & superis sueto non more canebat  
**I**n solitis summas Musica turba scholis.  
Non erat & tota spaciofa mæstus in Vrbe,  
**V**rbs ex argento nobile nomen habens.  
Suauisono subito resonabant sidera plausu  
**V**ox longe humano suauior ista sone.  
Lætabar tacite sonitus vestigia flectens,  
**R**umoresq; nouos, dulcisonumq; melos.  
Ingredior dum Musarum venerabile templum  
**C**astaliū, sacras Pieridumq; domos:  
**V**na nouem reliquias præstans venit ecce sororum  
**S**altans Calliope, & alia verba sonans.  
Rhene faue Musis, montes, syluaeque resultent,  
**E**t valles resonent iubila grata Dijs.  
Miscentesq; manus manibus pueri atq; puellæ  
**D**ilecta, celeres ducite quæso choros.  
Ecce venit iuuenis VVELDINVS veste recinctus  
**N**atae contexta Palladis arte Iouis:  
Splendentis forma, clarisq; parentibus ortus.  
**I**nteger & vitæ, doctus & arte, pius.  
Scilicet hic nobis cantandus & huic tribuenda  
**T**andem sunt studijs præmia digna suis.  
Verum, non dulce malum, non ocia praua  
**R**ari vel mores non meruere sui.  
Illiū aſt pietas meruit, doctrina fidesq;  
**N**ota, labor, virtus eius, & omne decus

*G*ratos nam liquit fratres. pulchrasq; sorores.  
*V*iuenteremq; senem cum pietate patrem.  
*S*æpius haud timuit descendere culmina Pindi  
*M*ontis, & Aonij querere fontis aquas.  
*A*c duros metuit retro non ferre labores,  
*G*auisus varias carpere sæpe rosas.  
*I*scavbi dicta: velut manibus iactata sagitta.  
*S*altus sic repetens Calliopea fugit.  
*T*ales à Musis qui iam tribuuntur honores:  
*E*rgò tibi partum gratulor atq; decus.

Heinricus Bittnerus.

## ALIVD.

*C*eu sequitur corpus tacito pede mobilis umbra.  
Musarum studium sic comitatur honor.  
*E*s sua virtuti merces, sua gloria Musis:  
Quisque labore suo præmia digna capit.  
*Q*uis siquidem Marti se committat iniquo?  
Egregiæ laudis in comitetur honos.  
*Q*uis mercatorum tumidis se crederet vndis?  
Quis miles toties sumeret arma ferox?  
*A*rmis quis patriam sumtis defendat amicam?  
Eximum si non speret & inde decus?  
*A*rtes Musarum sic nemo disceret unquam:  
Spes nisi discentes urgeat alma lucri.  
*E*rgo cum fueris Musarum castra secutus  
Strenuus: ecce tibi lausq; decusq; datur.  
*E*cce tibi tribuunt vltro sua munera Musæ.  
Dignaq; pro multo dona labore ferunt.

Inde

Inde Magisterij titulis gratantur honestis  
Ponitur inq, caput pulchra tiara tuum.  
Articulosq, tuos rutilum circumPLICAT aurum  
Prælatoq, puer lumine monstrat iter.  
Munera Virtutis sunt hæc, mercesq, laborum  
Hinc manet, & nomen claret ubiq, tuum.  
O decus eximium: appellat te Musa Magistrum:  
Ofamam nullo quæ peritura die.  
Ergo ego fausta tuo ceu par eſt, grator honori:  
Hocq, vnum tantum supplice voce peto,  
Det tibi VVENDLINE, vt feliciter omnia cedant  
Numen diuinum: tergeminusq, D E V S.  
Hoc igitur læto, quo conuenit accipe vultu  
Accipe sinceræ pignus amicitiae.

Ἐπεόσιχον.

LVCenti hICastans ornat te LaVde IVVentas:  
Gratantur CVnCtI talla Dona tibI.

Petrus Prem Ienensis

### ALIVD.

**Q**uod VVENDLINE tui capit is per bella tiara  
Tempora nunc cingit, commeruit pietas.  
Quod digit i molles auro fulgent rutilante:  
Virtutis premium, præmia grata capis.  
Quod pueri gestant codicet, teda sq, nitentes:  
Quod tandem læta fronte MAGISTER ades:  
Doctrinæ, studij, virtutis parta trophyæ  
Quis neget esse tuæ sedulitatis opes?

Non

QK

Non enim somno multum te membra dedisse,  
Cet vita tempus contribuisse iocis  
Arbitror, ingenuis tantum cum dona ministres  
Phœbus militibus, qui pia castra colunt.  
Militis officio functum te nemo negabit:  
Hoc testatur enim docta caterua virum.  
Testantur socij studiorum: Comprobat idem  
Ipse locus, quo tu conficiendus ades.  
Gratulor ergo tibi merito de nominetanto  
Et laudis titulo prospera quæq; precor.


M. Samuel Lautenbach

## ALIVD.

Οὐδέν, ἀεργή μέγαν ἀσπετον ἄινον ἔπιασεν:  
Κῦδος ἀπερποκινῶς ἐγμαλιζε πονΘ  
Τον Μ. ἔπεσην γλυκεροῖσιν δικλείσσον ἀοιδος:  
Μουσάων ἐρετὸν δῶρον ὅπισάμδμοι.  
Απρεκέως Τάδη ἐρεῖν ΧΑΡΙΕΝ χαρίτον Φίλε Φαινεις:  
(Τῆς ἀπὸ γὰρ χάρη Θ τόνυμα σειο λάβεις.)  
Ποδκαλίμας μὴν πεῶπε θεος Φρένεις: εἰτε ἐδωκεν  
Ιδρεῖην μύθων: ἀνθεια πιερίδηων,  
Θεον ἔπειλατοκῆα; καὶ σύζεον ἀνδρει: Φαινόν  
Οὐμα χριστανοῖς, καὶ μέγα κάρη Θ, ἑοῖς,  
Τιάπον κύριον τεῦν ὄνυμα ταύτηροχον ἄλλον:  
Οὐνομ ἀπειρέστον, νόσφιν ἐον τέρει Θ.  
Εῦχομ ἀρ ἐκ μεῖο κερδίης, χάρειν ευχαρειν ὄφεις  
Διαχαρίζηται σοι ΧΑΡΙΕΝΤΙ χάρις.

Petrus Linck Smalchaldensis

# Farbkarte #13



Q. K. 517, 12.

VVENDELINO VLRICO  
Rembdano

DOCTO ET IN-  
GENVO IVVENI, CVM EI  
Gradus Magisterij in inclyta Agento-  
ratensium Academia decerneretur, à  
Clarissimo Viro, IOANNE LUDOVI-  
CO HAVVENREVTERO, Medicinæ  
& Philosophiæ Doctore, pro tempore  
Decano spectabili. D. M. MELCHIO-  
RE IVNIO RECTORE Magnifi-  
co. Anno salutis reparatae  
CIC. IC. XIIIIC. v. Cal.  
Aprilis.

GRATVLANTVR AMICI.



ARGENTORATI.

Anno M. D. LXXXVII.



X 1996258